



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 49. Ad quid teneatur, qui succedit possessori malæ fidei.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42561

temporis, in tempore, quo vult restituere eas: intellige, si dominus aliunde non patiatur ideo damnum.

237 Q. 49. Ad quid teneatur, qui succedit possessori male fidei. R. §. 1. Si huic succedat tanquam hæres immediatus, & rem ab hoc acceptam consumat, etiam bonâ fide, neque inde sit factus ditior, tenetur restituere ex injusta acceptione, non sua sed antecessoris, quem repræsentat, & cum quo per fictionem juris facit unam personam, ideoque in ejus obligationem succedit, hinc tenetur restituere rem & fructus, item compensare damna & lucra cessantia ex mala fide antecessoris orta, quantum vires hæreditatis patiuntur, uti probabilius tenet *Lugo d. 17. n. 79.* Quod probabiliter etiam verum est de hæredibus mediatis, uti dicitur n. 490. Si tamen possedissent bonâ fide ortâ ex alio titulo quàm hæreditatis, jam mala fides antecessoris esset purgata, neque amplius censeretur causa damnorum consequentium; unde tantum tenerentur ex re accepta à tempore hujus bonæ fidei.

238 §. 2. Si bonâ fide succedat, non ut hæres, sed alio nomine, v. g. ut legatarius, donatarius, emptor, non tenetur ex injusta acceptione, sed tantum ex re accepta, quia non facit unam cum antecessore personam, neque censeretur succedere in vitis personalibus, quale est mala fides. Idem valet de Superiore Religioso, qui bonâ fide succedit antecessori malæ fidei, non enim succedit propriè ut hæres, sed uterque est tantum administrator, & posterior succedit vi electionis vel nominationis, ergo bonæ fidei ipsius non nocet mala fides antecessoris. Vide dicenda n. 490. & 491.

Q. 50.